Duke University Libraries
D02466491W

THE WOLF W. BAUDISSIN
ORIENTAL LIBRARY

DUKE UNIVERSITY LIBRARY
DURHAM, N. C.

Date November, 1957

XXVI Sept. 1880.

לפנים ואף-עתה ואף-לנצח!

F.D.

Wolf Baudissin.

# ספר משלי

# LIBER PROVERBIORUM.

# ספר משלי

# LIBER PROVERBIORUM

TEXTUM MASORETICUM ACCURATISSIME EXPRESSIT
E FONTIBUS MASORAE CODICUMQUE VARIE ILLUSTRAVIT
EXPOSITIONEM DE LEGIBUS DAGESSATIONIS ADJECIT

S. BAER.

PRAEFATUS EST EDENDI OPERIS ADJUTOR

FRANCISCUS DELITZSCH.

EX OFFICINA BERNHARDI TAUCHNITZ.
LIPSIAE 1880.

Sch.R.
223.7
B582B

# PRAEFATIO

## FRANCISCI DELITZSCHII.

Ad librum Iobi, quem anno 1875 edidimus, et librum Psalmorum, qui anno 1880 subsecutus est, jam accedit liber Proverbiorum, quo critica nostra librorum poetica quae dicitur accentuatione instructorum editio absolvitur. Praeter subsidia librorum tum manu scriptorum tum impressorum a Baerio adhibita, quae in editionibus Genesis 1869, Jesaiae 1872, Duodecim prophetarum 1878 et ceteris enumeravimus, in textu Proverbiorum castigando usus est collatione Strackiana codicis Petropolitani anno 1010 scripti (vide de eo *Dikduke ha-teamim des Ahron ben-Moscheh ben-Ascher* 1879 p. XXIV) et editione Neapolitana 1486, cui additus est commentarius Immanuelis Romani (*Manoello Giudeo*), poetae clarissimi, quamquam superbi atque lascivi, qui in amicitiam Dantis Alighierii receptus erat, uti carmina (*sonetti*) ao. 1853 a Philippo Mercurio Professore Neapolitano in lucem protracta[1] ostenderunt. In postrema Makamarum ad modum Haririi et Charizii compositarum, quas מחברות עמנואל inscripsit, Dantii Infernum et Paradisum imitatione exprimere conatus est[2].

In argumentis scripturarum a Baerio receptarum saepenumero fit mentio legum illarum, quas grammatici veteres דחיק, אתי מרחיק et נְסֹג אחור nuncupare consueverunt, quapropter amicum impuli, ut huic Proverbiorum editioni brevem earum legum expositionem adjiceret, praesertim quum praeter

---

[1] *Lezione XI in forma di Lettera diretta al chmo Cav. Filippo Scolari a Venezia, nella quale è trattato se Dante veramente fosse morto nel* 1321, *del Prof. Filippo Mercuri. Napoli* 1853.

[2] Vide *Tofet und Eden oder die Divina Commedia des Immanuel ben Salomo aus Rom, aus dem Hebräischen übersetzt . . von M. E. Stern. Wien* 1865.

Samuelis Davidis Luzzatti Grammaticam Hebraicam lingua italica scriptam (Patavii 1853) libri nostri grammatici traditionis Punctatorum Grammaticorumque veterum nullam rationem habeant ideoque discendi cupidorum desiderio satisfacere nequeant. Una in re cum amico consentire non possum. Etenim Dagesch legibus דחיק et אתי מרחיק effectum conjunctivum esse negat, eo literam qua vox incipit non duplicari, sed tantummodo confirmari affirmans. Ego vero dagessationem, quae legem דחיק sequitur, literam duplicare et binas voces conjungere pro certo habeo. Atque etiam Dagesch legis אתי מרחיק conjunctivum esse, ita ut וְאָעִידָה בִּי legi oporteat *wᵉaʿîdā-lli* (ad similitudinem vocum אָנָּא, יָמָּה, שָׁמָּה), probabilius mihi videtur. Quamquam ubicunque altera vox non est vel monosyllaba vel Milel velut אשירה לַיהוה ego quoque Dagesch ejus vocis non conjunctivum, sed mere orthophonicum esse judico, quoniam legem אתי מרחיק excedit ejusque dumtaxat similitudinem gerit.

Reliquum est, ut hujus praefationis occasionem accipientes menda quaedam notemus, quae in editiones Iobi et Psalmorum irrepserunt: Iob. 42, 5 scribi debuit אֹ֫זֶן (cum *Munach*); Ps. 14, 1. 53, 2 הִשְׁחִיתוּ; 19, 10 צִדְקוּ; 61, 1 Pasek post לַמְנַצֵּחַ expungendum est.

Deo juvante hanc Proverbiorum editionem sequentur libri Danielis, Ezra et Nehemiae, quibus delineatio aramaismi biblici regulis masoreticis innixa adjungetur.

Lipsiae, Nonis Juniis MDCCCLXXX.

## DE PRIMARUM

## VOCABULORUM LITERARUM DAGESSATIONE.

De literarum בגד"כפת pronuntiatione veteres grammatici hanc regulam tradunt: כל בגדכפ"ת דסמיך ליה"ו רפי, בר מן מפיק מפסיק דחיק ואתי מרחיק[1] h. e. si qua literarum בגד"כפת subsequitur vocem, quae in unam quiescibilium יה"ו exit, leniter (*raphe*) pronuntianda est, at non ita pronuntiatur, 1) si litera יה"ו qua vox prior terminatur, non quiescit, sed sono consonae enuntiatur (מפיק); 2) si duo illa vocabula, de quibus agitur, non arcte conjuncta, sed distincta sunt (מפסיק); 3) si accentus Milra prioris vocabuli et accentus Milel posterioris sive, ut quodammodo dicere possumus, duo ictus, duae ἄρσεις colliduntur (דחיק); 4) si prius vocabulum cum accentu penultimae efferendum tanquam „e longinquo" posterius sive monosyllabum sive Milel ad se adstringit (אתי מרחיק). Harum quatuor exceptionum primae duae in libris grammaticis satis dilucide explicatae sunt[2], verum quae ibi de duabus posterioribus, דחיק et אתי מרחיק, reperiuntur, nonnisi carptim nec satis accurate atque adeo non sine admixtis erroribus eas regulas transigunt. Quamobrem non supervacaneum erit, leges, ad quas dagessatio in principiis vocabulorum dirigitur, denuo examinatas accuratiusque perscriptas in uno conspectu ponere, praesertim quum in exponendis

---

[1] Sic Moses Kimchi in מהלך Cap. 3. et David Kimchi in *Michlol* 89. Salomo Hanau in צהר התבה 25 aliique illam regulam nomine Masorae adducunt (איתא במסורת), idque quodammodo recte, quum jam Ben-Ascher in דקדוקי הטעמים §. 29. mentionem ejus faciat. Sed in Masora (typis impressa), quam hoc nomine appellare consuevimus, regula illam in formam redacta non exstat. Idem valet de cognata regula: כל זעיר דסמיך דגש בר מן אוּ אוֹ אֱי אִי

[2] De altera abunde egit Delitzschius in commentatione, quam *Die Dagessirung der Tenues* inscriptam continet *Lutherische Zeitschrift* 1878 p. 585—590.

argumentis scriptionum in hac Proverbiorum editione receptarum passim levi tantummodo significatione ad has ipsas leges provocaturi simus.

§. 1.

Quandocunque duo illa vocabula, quorum posterius a tenui, hoc est, ab una literarum בגד"כפת incipit, quae aut dure aut leniter pronuntiantur [1], accentu distinctivo interpuncta sunt, litera בגד"כפת semper sine omni exceptione dagessatur h. e. aspiratione destituitur, velut בְּצַלְמֵנוּ כִּדְמוּתֵנוּ (Gen. 1, 26) וּרְדוּ בִּדְגַת (1, 28) הַשֵּׁנִי גִּיחוֹן (2, 12) וְאַתָּה תְּשׁוּפֶנּוּ (3, 15) וַיִּפְּלוּ פָּנָיו (4, 5).

§. 2.

Quando autem vocabulum a litera בגד"כפת incipiens cum praecedente arctius cohaeret eique vel per Makkeph vel per accentum conjunctivum annexum est, tenuis non dagessatur, nisi si praecedens consonanti, itaque syllaba clausa terminatur, e. c. עֵץ פְּרִי (1, 11) וַיִּפַּח בְּאַפָּיו (2, 7) אֶרֶץ כּוּשׁ (2, 13) וַתִּתֵּן גַּם (3, 6) תֹסֵף תֵּת (4, 12) כַּאֲשֶׁר דִּבֶּר (12, 4) שָׂרַי גְּבִרְתִּי (16, 8) קָלוּי בָּאֵשׁ (Lev. 2, 4) יָדָיו תְּבִיאֶינָה (7, 30) וַיִּתְאָו דָּוִיד (1 Chr. 11, 17)[2]. Contra quando vocabulum praecedens in unam quiescibilium eamque quiescentem, itaque in apertam syllabam desinit, tenuis aspiratur et non dagessatur, e. c. הָיְתָה תֹהוּ (Gen. 1, 2) וְיִרְדּוּ בִדְגַת (1, 26) בּוֹ פְרִי (1, 29) וְצִלָּה גַם (4, 22) וִיהִי כְנַעַן (9, 26) הָיָה דְבַר (15, 1)[3].

Si duo illa vocabula, de quibus agitur, accentu logice conjuncta sunt, sed interjecta lineola Pasek indicatur, ea recitando aliquantulum disjungenda esse, haec quoque exigua seclusio efficit, ut tenuis, qua posterius orditur, dagessetur (§. 1). Exempla sunt עָשׂוּ ׀ כָּלָה (18, 21) אֹתוֹ ׀ בָּאֵשׁ (Deut. 9, 21) אֶפְרָא ׀ בְּנִי (Prov. 6, 2) עַמּוֹ ׀ כָּהֵם (1 Chr. 21, 3) בִיהוּדָה ׀ דֹּרְכִים (Neh. 13, 15).

---

1 Liber *Jezira* illas quinque literas, quibus literam ר adjicit (בגדכ"פרת), propterea כפולים nominat, vide Delitzschii *Physiologie und Musik in ihrer Bedeutung für die Grammatik, bes. die hebräische* (1868) p. 11 ss.

2 Masoretae ejusmodi terminationem מפיק h. e. vim consonantis habentem appellant. Eo pertinere He mappicatum ipso nomine significatur, itaque בְּצִדָּהּ תָּשִׂים (Gen. 6, 16) נֹהַּ בָּהֶם (Ez. 7, 11) וְלַהּ גַּפִּין (Dan. 7, 6). Nonnisi ter, quamquam prius vocabulum consonanti terminatur, tenuis subsequens aspirationem retinet: קַו־תֹהוּ (Jes. 34, 11) שָׁלֵו בָהּ (Ez. 23, 42) אַדִּירֵי בָם (Ps. 68, 6). Vide Masoram ad Ps. 68, 6. *Dikduke hateamim* §. 29.

3 Propterea vel לֹא כִי (1 Reg. 3, 22. 23. 2 Reg. 20, 10) vel לֹא כִּי (Gen. 18, 15. 19, 2 et saepe) scribitur, prout לא aut conjunctivo aut distinctivo accentu instructum est, vidi Delitzschium in *Luth. Zeitschr.* l. l. p. 589 s.

### §. 3.

Sunt vero certae quaedam conditiones, quae generali illi legi obrogent, hoc est, quibus efficiatur, ut etiam post apertam syllabam tenuis non aspiretur, sed dagessatione induretur. Prima harum conditionum est literarum similium concursus (אותיות דומות); altera tonorum collisio (דחיק); tertia attractio subsequentis vocabuli per prius tono remoto instructum (אתי מרחיק). Quarum quidem conditionum secundâ et tertiâ accitur non solum dagessatio literarum בגד״כפת, sed omnium omnino literarum, exceptis אה״וחע.

### §. 4.

Si quod vocabulum sive a duobus *Beth* sive a duobus *Caph* aut etiam a *Beth* et *Caph* vel *Beth* et *Mem* incipit[1], ita quidem, ut priori earum literarum Scheba subjectum sit, haec ipsa litera quae Scheba habet, ne concurrentibus duabus aspiratis depressius pronuntietur, dagessatur, etiamsi prius vocabulum accentu conjunctivo insignitum est atque aperta syllaba terminatur. Exempla: ותתפשהו בְּבגדו (Gen. 39, 12) בשבתך בְּביתך (Deut. 6, 7) ויהי כְּכלות (Jos. 8, 24) ויהי בְּבואה (Jud. 1, 14) ויהי בְּבואם (1 Sam. 16, 6) קטנה כְּכף (1 Reg. 8, 44) הלא כְּכרכמיש (Jes. 9, 10) נשכבה בְּבשתנו (Jer. 3, 25) היתה בְּביתו (1 Chr. 7, 23) כי בְּמקלי (Gen. 32, 10)[2] אתו בְּמשמר (40, 7) לו בְּמצרים (46, 27) ירדנו בְּפרך (Lev. 26, 53) בעבדי בְּמשה (Num. 12, 8) ויחנו בְּמדבר (33, 36) בשרה בְּפיו (2 Sam. 18, 25) שמתי בְּפיך (Jes. 59, 21) ימצא בְּפיהם (Zeph. 3, 13) עמדה בְּמישור (Ps. 26, 12) תהלתו בְּפי (34, 12) יגילו בְּמלכם (149, 2) שמו בְּמחול (149, 3) יצאו בְּפעלם (Iob 24, 6) כי בְּפתאם (2 Chr. 29, 6).

At vero si illarum literarum vocabulum ordientium prior plenam vocalem habet, dagessatione abstinetur, e. c. אשה בִבתוליה (Lev. 11, 13) וישחיתו בִבני (Jud. 20, 25) כהני בָמות (1 Reg. 13, 33) היתה בָבל (Jes. 13, 19) ירא בִפלגות (Iob 20, 17) ארכוי בָבליא (Esr. 4, 9) אזלו בִבהילו (4, 23).

---

[1] Ben-Naphtali etiam *Caph* et *Gimel* (כְּג) accenset, sed repugnante Ben-Ascher, quem textus receptus sequitur. Vide argumentum ad Ps. 23, 3. *Dikduke hateamim* p. 30.

[2] Ex aliquot punctatorum sententia in בְמַעֲלֹת (Ex. 20, 23) Beth propterea non dagessatur, quia Gaja ei satis ponderis affert.

§. 5.

Regula דחיק pertinet ad bina vocabula, quorum toni inter se collidunt, quare per Makkeph coagmentantur, et hacce quidem ratione:

a) Si duorum vocabulorum inter se cohaerentium prius in ־ֶה desinit et posterius sive monosyllabum est sive tonum in priore syllaba habet, tenuis qua incipit dagessatur. Exempla: וּמִשְׁנֶה־כֶּסֶף (Gen. 43,15) תַּעֲשֶׂה־בּוֹ (Ex. 4,17) נַכֶּה־בּוֹ (Num. 22, 6) תְּכַסֶּה־בָּהּ (Deut. 22, 5) אֲכַלֶּה־בָּם (32, 23) יִבְנֶה־בַּיִת (2 Sam. 6, 13) יְכַסֶּה־בָּגֶד (Ez. 18, 7) יְחַוֶּה־דָּעַת (Ps. 19, 3) מְכַסֶּה־פֶּשַׁע (Prov. 17, 9) הֲיִגְאֶה־גֹּמֶא (Iob 8, 11) יִפְצֶה־פִּיהוּ (35, 16) נִבְנֶה־לָּנוּ (Gen. 11, 4) וְנַעֲשֶׂה־לָּנוּ (ibid.) יִרְאֶה־לּוֹ (22, 8) וְאֶעֱשֶׂה־שָּׁם (35, 3) יִהְיֶה־לְּעָם (48, 19) יִהְיֶה־לּוֹ (Ex. 28, 32) תִּשְׁתֶּה־מָּיִם (Deut. 11, 11) נִשְׁתֶּה־יָּיִן (Jer. 35, 6) יְשַׁוֶּה־לּוֹ (Hos. 10, 1) יְצַוֶּה־לָּךְ (Ps. 91, 11) יְזַכֶּה־נַּעַר (119, 9) תַּרְבֶּה־שֹּׁחַד (Prov. 6, 35) מְגַלֶּה־סּוֹד (11, 13) מַעֲנֶה־רַּךְ (15, 1) תַּעֲשֶׂה־לְּךָ (24, 6) תִּשְׁוֶה־לּוֹ (26, 4)[1].

b) Item si duorum vocabulorum arcte cohaerentium prius in ־ָה exit et posterius aut monosyllabum aut Milel est, litera alterum incipiens dagessatur, at tantummodo ea conditione, si syllaba finalis prioris vocabuli a Scheba mobili initium capit. Exempla: לֻקֳחָה־זֹּאת (Gen. 2, 23) גְּשָׁה־נָּא, וּשְׁקָה־לִּי (27, 26) לְכָה־נָּא (Num. 23, 13) תְּנָה־לָּנוּ (27, 4) וְאֶדְרְשָׁה־בָּהּ (1 Sam. 28, 7) סְאָה־סֹּלֶת (2 Reg. 7, 1) נִתְּנָה־לּוֹ (2 Reg. 25, 30) וְנִדְּמָה־שָּׁם (Jer. 8, 14) וָאֶשְׁקֲלָה־לּוֹ (32, 9) לְרַאֲוָה־בָךְ (Ez. 28, 17) שֶׁעִטְּרָה־לּוֹ (Cant. 3, 11) אֲלַקֳטָה־נָּא (Ruth 2, 7) שְׁבָה־פֹּה (4, 1) נִשְׂמְחָה־בּוֹ (Ps. 66, 6) אֲזַמְּרָה־לָּךְ (71, 23) מַחֲלָה־לֵּב (Prov. 13, 12) וְאַהֲבָה־שָּׁם (25, 17) אֲשַׁלְּמָה־רָּע (20, 22) נִבְחֲרָה־לָּנוּ (Iob 34, 4).

Quodsi syllaba finalis prioris vocabuli non incipit Scheba mobili, regula דחיק cessat, itaque tenuis quae posterius inchoat aspi-

[1] In libris grammaticis etiam vocalis Pathach huic regulae subjicitur, adductis exemplis מַה־בְּרִי, מַה־בֶּצַע, מַה־זֹּאת, מַה־זֶּה, sed immerito; nam post מַה aeque ac post זֶה־ makkephatum semper Dagesch sequitur etiamsi vox subsequens accentum non in primâ syllaba habet, e. c. מַה־נּוֹרָא (Gen. 28, 16) מַה־פִּשְׁעִי (31, 16) מַה־פָּרַצְתָּ (38, 29) מַה־נֹּאמַר מַה־נְּדַבֵּר וּמַה־נִּצְטַדָּק (44, 16) מַה־יַּרְאֵנִי (Num. 23, 3) מַה־תֹּאמַר (1 Sam. 20, 4) מַה־דּוֹדֵךְ (Cant. 5, 9) וְזֶה־פִּרְיָהּ (Num. 13, 17) וְזֶה־מִּזְבֵּחַ (1 Chr. 22, 1). Itaque מַה et זֶה aliquid praecipui habent. Neque praeter מַה exstat alia vox quae makkephata in ־ַה exeat.

ratur, e. c. לְטָמְאָה־בָּהּ (Lev. 18, 23) וּלְדָבְקָה־בּוֹ (Deut. 11, 22) צִוָּה־לָּנוּ (33, 4) דִּמָּה־לָּנוּ (2 Sam. 21, 5) נִגְלָה־לָּמוֹ (Jes. 23, 1) שִׁלְחָה־לּוֹ (Ez. 17, 6) כִּסָּה־בָּגֶד (18, 16) גִּלָּה־בָּךְ (22, 10) עֶרְיָה־ בֹּשֶׁת (Mich. 1, 11) וְעַנְוָה־צֶּדֶק (Ps. 45, 5) הִכָּה־צּוּר (78, 20) שָׁמְעָה־לִּי (Iob 32, 10) וְשִׂנְאָה־בּוֹ (Prov. 15, 17) וְשַׁלְוָה־בָּהּ (17, 1) וְנִרְאָה־דֶּשֶׁא (27, 25).

## §. 6.

Si duorum vocabulorum cohaerentium prius Milel est in syllabam apertam eamque vel *kamezatam* vel *segolatam* exiens atque posterius tonum habet in principio, tenuis qua incipit dagessatur. Haec regula אתי מרחיק h. e. „veniens e longinquo“ nominatur, quia accentus prioris vocabuli ab accentu posterioris remotus est idque vi eminus efficace attrahit. Dagessatio propter hoc אתי מרחיק locum habet hisce conditionibus:

a) si syllaba accentuata prioris vocabuli talis est, in quam ipsa formationis lege tonus cadat, e. c. עָשִׂיתָ זֹּאת (Gen. 3, 14) הִגַּדְתָּ לִּי (12, 18) הָרָה נִּסּוֹ (14, 10) הָבָה נָּא (38, 16) עָלֶיךָ פָּרֶץ (38, 29) וַעֲבָדֶיךָ בָּאוּ (42, 10) בְּאֵרָה שָּׁבַע (46, 1) וְעָשִׂיתָ צִּיץ (Ex. 28, 36) הַנִּיחָה לִּי (32, 10) וְעָשִׂיתָ פֶּסַח (Deut. 16, 1) וְזָבַחְתָּ פֶּסַח (16, 2) חִפַּצְתָּ בָּהּ (21, 14) וְיָצָאתָ שָּׁמָּה (23, 13) וְאָעִידָה בָּם (31, 28) וְהָגִיתָ בּוֹ (Jos. 1, 8) הֵתַלְתָּ בִּי (Jud. 16, 10) תְּנֶנָּה לִּי (1 Sam. 21, 10) לָמָּה בָּאתִי (2 Sam. 14, 32) אֲצִיתֶנָּה יָּחַד (Jes. 27, 4) תִּרְאֶנָּה בָּהּ (Mich. 7, 10) דָּמִיתָ כָּכָה (Ez. 31, 18) פָּקַדְתָּ לַּיְלָה (Ps. 17, 3) עוֹלָתָה בּוֹ (92, 16) עֵדְוֹתֶיךָ שַּׂשְׂתִּי (119, 14) וְהֶחֱזִיקָה בּוֹ (Prov. 7, 13) עָלֶיהָ קָּו (Iob 38, 5) לֵכְנָה שֹּׁבְנָה (Ruth 1, 8) מְאוּמָה רָּע (Jer. 39, 12) מָחַצְתָּ רֹּאשׁ (Hab. 3, 13) לְמַעְלָה רֹּאשׁ (Esr. 9, 6) אֵלֶּה לָּךְ (Gen. 33, 5) אֵלֶּה פֹּה (Deut. 5, 3);

b) si tonus penultimae prioris vocabuli illuc retro cessit (נסג אחור) eaque syllaba est producta, cujus accentus vicem Metheg stabilis et firmi implet[1], item tenuis posterius inchoans dagessatur. Exempla: יָלְדָה בֵּן (Gen. 19, 38. quoniam sine recessu toni יָלְדָה) הִשָּׁבְעָה לִּי (21, 23) וְרָבְצָה בּוֹ (Deut. 29, 19) מָלְאָה דָּם (Jes. 34, 6) הָיְתָה בּוֹ (59, 19) נֹסְסָה בּוֹ (40, 10) מֹשְׁלָה לּוֹ (40, 7) נָשְׁבָה בּוֹ (Ez. 36, 2) מָלְאָה גַּת (Joel 5, 5) דָּבְקָה בָּהּ (Ruth 1, 14) לָּנוּ

[1] De Metheg stabili et firmo (מתג תמוך) vide *Metheg-Setzung* §. 10. (in Merxii *Archiv* I. 1869).

יֹרְדָה מַּיִם (Thren. 1, 16) עָמְדָה לִּי (Eccl. 2, 10) נִירְשָׁה לָּנוּ (Ps. 83, 13) מָצְאָה בַּיִת (84, 4) הָיְתָה זֹּאת (118, 23) עָרְבָה לִּי (Jer. 31, 26) וְנָשְׁקָה לּוֹ (Prov. 7, 13) שָׂבְעָה מַּיִם (30, 16) נָטְעָה כָּרֶם (31, 16).

Contra si accentus retrogressus syllabam occupat nullius Metheg capacem, dagessatio literae tenuis non admittitur e. c. חָרָה לָךְ (Gen. 4, 6) עָשָׂה שָׁם (13, 4) וְעָשָׂה פֶסַח (Num. 9, 10) וְקָרָא בוֹ (Deut. 17, 19) מָצָא בָהּ (24, 1) מֵאָה כֶסֶף (22, 19) שָׂדֶה טּוֹב (Ez. 17, 8) בָּנָה טוֹב (34, 14) מִצָּרָה לִי (Jona 2, 3) עָנָה בִי (Ruth 1, 21) נָטָה קָו (Thren. 2, 8) עָשָׂה פֶלֶא (Ps. 78, 12) לְנַסָּכָה לֵהּ (Dan. 2, 46) טוֹבָה לָךְ (Ruth 4, 15) מִתְקוֹמָמָה לוֹ (Iob 20, 27).

Excipiuntur vero imperfecta et participia verborum ל"ה, post quae tenuis subsequentis vocabuli dagessatur, licet accentus retrogressus syllabam occupet, in quam Metheg non competit, velut עֹשֶׂה לָּךְ (Gen. 31, 12) יַעֲשֶׂה כּוֹ (Ex. 21, 3) אֶקָּרֶה כֹּה (Num. 23, 15) עֹשֶׂה כֹּל (Jes. 44, 24) יִבָּנֶה בָּהּ (Sach. 1, 16) וּמוֹרֶה שָּׁקֶר (Hab. 2, 18) יִנָּקֶה רָּע (Prov. 11, 21) קֹנֶה לֵּב (19, 8) גֹּלֶה סּוֹד (20, 19) כֹּרֶה שַּׁחַת (26, 27) הֲיֹאבֶה רֵּים (Iob 39, 9).

c) Etiamsi in priore vocabulo Metheg locum accentus occupat, tenuis qua vocabulum posterius incipit sec. regulam נסוג אחור dagessatur, e. c. יָלְדָה־לּוֹ (Gen. 21, 3., ubi Metheg vicem accentus supplet, cf. יָלְדָה בֵּן 19, 38), נָתַתָּה־לִּי (3, 12) אֵרֲדָה־נָּא (18, 21) אֵלְכָה־נָּא (37, 16) הַגִּידָה־נָּא (30, 33) וְעָנְתָה־בִּי (30, 1) הָבָה־לִּי (Ex. 4, 18) אָרָה־לִּי (Num. 22, 6) קָבָה־לִּי (22, 11) הֹמֶה־לִּי (Jer. 4, 19) בוֹנֶה־בַּיִת (2 Chr. 2, 3) שָׁכְנָה־לָּהּ (Ps. 120, 6) עָשְׂתָה־לָּהּ (Prov. 31, 22).

d) Etiamsi prima alterius vocabuli syllaba non habet tonum primarium, sed tantummodo Metheg tonum secundarium indicans, tamen litera qua incipit ad similitudinem legis אתי מרחיק dagessatur, sed exceptis literis בגד"כפת, quae hanc laxiorem dagessationis conditionem respuunt. Exempla: שְׁמָהּ קָרְאוּ (Gen. 29, 31) אָשִׁירָה לַּיי (Ex. 15, 1) וְעָשִׂיתָ סִּירֹתָיו (27, 3) אֵינֶנָּה מַּעֲלָה (Lev. 11, 26) וְיָרֵאתָ מֵּאֱלֹהֶיךָ (19, 14) כָּכָה יֵּעָשֶׂה (Num. 15, 11) עֲבָדֶיךָ נָּשְׂאוּ (31, 49) בָאָה נַּחֲלָתֵנוּ (32, 19) עֲבָדֶיךָ יַּעֲשׂוּ (32, 25) וַעֲבָדֶיךָ יַּעַבְרוּ (32, 27) לְאָחִיךָ לַּעֲנִיֶּךָ (Deut. 15, 11) וְעָשִׂיתָ מַּעֲקֶה (22, 8) אַשְׁבִּיתָה מֵּאֱנוֹשׁ (32, 26) וְכִעֲסַתָּה צָּרָתָהּ (1 Sam. 1, 6) עָלֶיהָ מַּחֲנוֹת (Jes. 44, 21) וָלָמָּה לֹּא־שָׁמַעְתָּ (15, 19) אֵלֶּה יַּעֲקֹב (Ez. 4, 2) צָפַנְתָּ לִּירֵאֶיךָ (4, 13) כָּכָה יֹּאכְלוּ (Ps. 31, 20) הֵמָּה

יִירְשׁוּ (37, 9) נָתַתָּה לִּירֵאֶיךָ (60, 6) שַׂמְתָּ מּוּעָקָה (66, 11) כּוֹנַנְתָּ מֵּישָׁרִים (99, 4) אָמַרְתָּ לַּאֲבוֹתֵיהֶם (Neh. 9, 23) נָתַתָּה לַּאֲבֹתֵינוּ (9, 36). Dagessationem ibi non locum habere, ubi litera methegata una de quinque tenuibus est, ex hisce exemplis cognoscitur: אֵלֶּה תּוֹלְדוֹת (Gen. 2, 4) לָמָּה תַעֲמֹד (24, 31) תַּחְתֶּיהָ תַּעֲמֹד (Lev. 13, 28) עָזַבְתָּ דֹּרְשֶׁיךָ (Ps. 9, 11) פָּעַלְתָּ בִּימֵיהֶם (44, 2) הוֹדַעְתָּ בָעַמִּים (77, 15) דִכִּאתָ כֶּחָלָל (89, 11). Causa facilis est intellectu. Dagessatio in solis illis quinque literis pronuntiationem non solum acuit, sed mutat; ibi vero, ubi tonus primae syllabae alterius vocabuli nonnisi secundarius est, quem Metheg significat, dagessatio non tantum momenti habet, ut aspiratam induret. Sunt vero duo loci, ubi nihilominus tenuis Dagesch assumsit: כָּמֹכָה בָּאֵלִם Ex. 15, 11 et וַיְשִׂימֻהָ תֵּל־עוֹלָם Jos. 8, 29.

e) Si alterum vocabulum sive monosyllabum sive Milel a litera cum Scheba orditur, haec ipsa litera dagessatur, exceptis quatuor literis servilibus בר"כל e. c. עֹשֶׂה־פְּרִי, עֹשֶׂה פְּרִי (Gen. 1, 11. 12) אַרְצָה כְּנַעַן (12, 5) הִרְחִיבָה שְּׁאוֹל (Jes. 5, 14) וְאַצִּיעָה שְּׁאוֹל (Ps. 139, 8) גָּדַלְתָּ מְּאֹד (104, 1) שַׂמְתָּ טְּעֵם (Dan. 3, 10) כֹּלָּא מְּטָא (4, 24) וְשַׂמְתָּ שְּׁמוֹ (Neh. 9, 7) atque adeo וְעָשִׂיתָ קְּעָרֹתָיו (Ex. 25, 29)[1]. Literas בר"כל non dagessari ex his exemplis apparet: יְדַעְתִּיךָ בְשֵׁם (Ex. 33, 12) תִהְיֶיןָ לְאִישׁ (Deut. 21, 15) נִהְיֵיתָ לְעָם (27, 9) קְרָאתִיךָ בְצֶדֶק (Jes. 42, 6) תִּמַּקְנָה בְחֹורֵיהֶן (Sach. 14, 12) צָרֶיהָ לְרֹאשׁ (Thren. 1, 5). Excipitur vocula לְךָ, quae constanter dagessatur: חָלִלָה לְּךָ (Gen. 18, 25) וְעָשִׂיתָ לְּךָ (Deut. 10, 1) אֱלֹהֶיךָ לְּךָ (23, 6) וָאֶסְפָּה לְּךָ (2 Sam. 12, 8) לָקַחְתָּ לְּךָ (12, 9) שָׁאַלְתָּ לְּךָ (1 Reg. 3, 11) וּנְתַתִּיהָ לְּךָ (11, 35). Quam analogiam sequitur וְלַיְלָה לְּלַיְלָה (Ps. 19, 3).

## §. 7.

Ex regulis modo expositis colligitur, binorum vocabulorum alterum non dagessari propter דחיק aut מרחיק, nisi 1) hoc voca-

[1] Sic in codd. Hispanicis teste Chajugo apud Jekuthiel Punctatorem, cujus commentarium criticum Heidenheimius Pentateucho מאור עינים inscripto adjecit. Delitzschius hoc Dagesch orthophonicum esse dicit, quippe quod literae incipientis distinctam pronuntiationem tueatur. Aliquot codices velut Erfurt. 3 (vide Delitzschii *Complutensische Varianten* 1878 p. 12) nimii sunt in hoc Dagesch orthophonico adhibendo. Verum usus orthophonici Dagesch latius patet, quam adhuc agnitum est. Adeo dubium est, rectene Dagesch leges דחיק ac praesertim אתי מרחיק sequens a grammaticis sub specie Dag. fortis conjunctivi comprehendatur.

bulum tonum primarium vel certe secundarium in principio habeat, et 2) vocabulum prius, quod alterum dagessatione sibi annectit, aut in Kamez aut in Segol desinat. Quamobrem raphata manent haecce: בֵּרַכְתָּ בָרֵךְ (Num. 23, 11) מְבָרֲכֶיךָ בָרוּךְ (24, 9) אֲבָנֶיהָ בַרְזֶל (Deut. 8, 9) עָשִׂיתָ בַסָּתֶר (2 Sam. 12, 12) וַיִּפְּלוּ־שָׁמָּה (Gen. 14, 10) עֹשֵׂה פֶלֶא (Ez. 15, 11) שִׁירוּ לַיי (15, 21) יוֹרְדֵי בוֹר (Ez. 31, 4) נַעֲוֵה־לֵב (Prov. 12, 8) עָשִׂיתִי כֵן (Neh. 5, 15) et id genus alia. Verum usu venit, ut si Milel quoddam in vocalem *u* desinat sibilans vel liquida qua vox subsequens incipit dagessetur. Documento sunt קוּמוּ צְּאוּ (Gen. 19, 14. Ex. 12, 31) תַּשְׁבִּיתוּ שְּׂאֹר (Ex. 12, 15) קוּמוּ סְּעוּ (Deut. 2, 24) סֹרוּ רְּדוּ (1 Sam. 15, 6) נֻסוּ נֻּדוּ (Jer. 49, 30) וַיָּחֵלּוּ מְּעָט (Hos. 8, 10). Etiam voculae לֹּא et לּוֹ post וַיֹּאמְרוּ quatuor locis dagessata sunt: Gen. 19, 2.[1] Jud. 18, 19. 1 Sam. 8, 19. Est. 6, 13.

Anomala, utpote quae legibus supra expositis subjici nequeant, at auctoritate Masorae confirmata sunt haecce: כִּי־גָאֹה גָּאָה (Ex. 15, 1. 21) מִי כָּמֹכָה (15, 11) עַם־זוּ גָּאָלְתָּ (15, 13) יִדְּמוּ כָּאָבֶן (15, 16) אָבִיךָ קָּנֶךָ (Deut. 32, 6) עָבִיתָ כָּשִׂיתָ (32, 15) וְשַׂמְתִּי כַּדְכֹד (Jes. 54, 12) וְנִלְאֵיתִי כַּלְכֵל (Jer. 20, 9) גָּאַלְתָּ בִּזְרוֹעַ (Ps. 77, 16) תְּיַסְּרֶנּוּ יָּהּ (94, 12) קָרָאתִי יָּהּ (118, 5) יַסֹּר יִסְּרַנִּי יָּהּ (118, 18) חֲקַרְנוּהָ כֶּן־הִיא (Iob 5, 27) גְּדָבְרַיָּא דְּתָבְרַיָּא (Dan. 3, 2. 3) וְחָכְמָה כְּחָכְמַת־ (5, 11).[2]

## §. 8.

Reliquum est, ut nonnulla addamus de illo Dagesch, quod ex praecepto veterum post vocabula consonanti terminata non solum literis בגד״כפת, sed aliis quoque literis inditur. Etenim si binorum vocabulorum prius eadem consona finitur qua posterius incipit, consona incipiens dagessatur,[3] ne festinantius legendo cum praecedente

---

[1] Cf. Delitzschii comm. ad h. l. et 19, 14 (ed. IV p. 337. 339).

[2] Cf. Masora ad Daniel 5, 11. *Dikduke hateamim* §. 29. Literae Jod dagessatae Ps. 118, 5. 18. secundum regulam supra propositam explicari possunt (vide Delitzschii comm. ad hos locos). At quum alibi velut in בתוככי ירושלם, ולי יהושיע dagessatio omittatur, satius est, ambo illa יָּהּ exceptionibus adnumerare. Ceterum vide quae Parchon p. 4. et Norzi ad Ex. 15 disserunt.

[3] Editores textus biblici hoc Dagesch, cui Delitzschius nomen orthophonici indidit, ignorantia magis quam negligentia abjecerunt. Usum ejus jam veteribus Masoretis pro lege valere in Psalterio nostro Brockhausiano (1874) p. IX ostendimus.

confundatur. Exempla: אם־מִּחוט (Gen. 14, 23) לֶאֱכָל־לָּחֶם (31, 54) עַל־לֵּב (34, 3) גם־מִּתמל גם־מִשלשם (Ex. 4, 10) בִּן־נּוּן (33, 11) בֶּן־נֵּר (1 Sam. 14, 50) בֶּן־נְּתַנְיָה (2 Reg. 25, 23) מְבַקְשִׁים מַּיִם (Jes. 41, 17) אָשִׂים מִּדְבָּר לַאֲגַם־מַּיִם (41, 18) וְכָל־לָּשׁוֹן (54, 17) וְגַם־מֵּהֶם (66, 21) עִם־מְּתִי (Ps. 26, 4) לְמָחוֹל לִּי (30, 12) עַמִּים מִּישֹׁר (67, 5) עַם מַּרְעִיתוֹ (95, 7) עַל־לּוּחַ (Prov. 3, 3) עַל־לֶּחֱיָהּ (Thren. 1, 2) קֳדָם מַּלְכָּא (Dan. 2, 10) אַתּוּן־נּוּרָא (3, 6) וְהֵיבֵל לְּבָבֶל (Esr. 6, 5) וּלְכֹם מְּהוֹדְעִין (7, 24) גַּם מִּגָּבֹהַּ (Eccl. 12, 5).[1]

Ubicunque voculae sono similes et significatione diversae לֹא לוֹ concurrunt, לֹּא dagessatur eoque legens monetur, ut negationem cum emphasi enuntiet eamque caute a pronomine discernat, velut Gen. 38, 9. Hab. 1, 6. 2, 6. Prov. 25, 17. Eodem consilio scribitur לוֹ לֹּא Deut. 32, 5. Atque Lamed vocis לֵּאמֹר dagessatur quoties nomen מֹשֶׁה cum accentu conjunctivo antecedit, e. c. Ex. 6, 10. 29. 13, 1. 14, 1.[2]

---

[1] Saepius dagessationi substituitur lineola Pasek duobus ejusmodi vocabulis interposita, velut רַבִּים ׀ מִפָּנֶיךָ (Deut. 7, 1) אֲחֵיכֶם ׀ מִכָּל הַגּוֹיִם ׀ מִנְחָה (Jes. 66, 20) בָבֶל ׀ לְגַלִּים ׀ מְעוֹן (Jer. 51, 37) וּבַרְזֶל ׀ לָרֹב (1 Chr. 22, 2) וַאֲנָשִׁים ׀ מְעַט (Neh. 3, 15) חָצוֹר ׀ רָמָה (11, 33); interdum, ubi fieri poterat, syllabae finali vocabuli prioris Metheg remorans (הַעֲמָדָה) additum est, e. c. וַיֹּצֵץ צִיץ (Num. 17, 23) וְאֹזֵל לוֹ (Prov. 20, 14).

[2] Cf. Lonsano in *Or thora* ad Ex. 6, 10.

# Proverbia. משלי

## 1 א

מִשְׁלֵי שְׁלֹמֹה בֶן־דָּוִד מֶלֶךְ יִשְׂרָאֵל׃ לָדַעַת חָכְמָה א 2
וּמוּסָר לְהָבִין אִמְרֵי בִינָה׃ לָקַחַת מוּסַר הַשְׂכֵּל צֶדֶק וּמִשְׁפָּט 3
וּמֵשָׁרִים׃ לָתֵת לִפְתָאיִם עָרְמָה לְנַעַר דַּעַת וּמְזִמָּה׃ יִשְׁמַע 4 ה
חָכָם וְיוֹסֶף לֶקַח וְנָבוֹן תַּחְבֻּלוֹת יִקְנֶה׃ לְהָבִין מָשָׁל 6
וּמְלִיצָה דִּבְרֵי חֲכָמִים וְחִידֹתָם׃ יִרְאַת יְהוָה רֵאשִׁית 7
דָּעַת חָכְמָה וּמוּסָר אֱוִילִים בָּזוּ׃

שְׁמַע בְּנִי מוּסַר אָבִיךָ וְאַל־תִּטֹּשׁ תּוֹרַת אִמֶּךָ׃ כִּי ׀ לִוְיַת 8 9
חֵן הֵם לְרֹאשֶׁךָ וַעֲנָקִים לְגַרְגְּרֹתֶךָ׃ בְּנִי אִם־יְפַתּוּךָ חַטָּאִים י
אַל־תֹּבֵא׃ אִם־יֹאמְרוּ לְכָה אִתָּנוּ נֶאֶרְבָה לְדָם נִצְפְּנָה לְנָקִי 11
חִנָּם׃ נִבְלָעֵם כִּשְׁאוֹל חַיִּים וּתְמִימִים כְּיוֹרְדֵי בוֹר׃ כָּל־ 12 13
הוֹן יָקָר נִמְצָא נְמַלֵּא בָתֵּינוּ שָׁלָל׃ גּוֹרָלְךָ תַּפִּיל בְּתוֹכֵנוּ 14
כִּיס אֶחָד יִהְיֶה לְכֻלָּנוּ׃ בְּנִי אַל־תֵּלֵךְ בְּדֶרֶךְ אִתָּם מְנַע טו
רַגְלְךָ מִנְּתִיבָתָם׃ כִּי רַגְלֵיהֶם לָרַע יָרוּצוּ וִימַהֲרוּ 16
לִשְׁפָּךְ־דָּם׃ כִּי־חִנָּם מְזֹרָה הָרָשֶׁת בְּעֵינֵי כָּל־בַּעַל כָּנָף׃ 17
וְהֵם לְדָמָם יֶאֱרֹבוּ יִצְפְּנוּ לְנַפְשֹׁתָם׃ כֵּן אָרְחוֹת כָּל־בֹּצֵעַ 18 19
בָּצַע אֶת־נֶפֶשׁ בְּעָלָיו יִקָּח׃

חָכְמוֹת בַּחוּץ תָּרֹנָּה בָּרְחֹבוֹת תִּתֵּן קוֹלָהּ׃ בְּרֹאשׁ הֹמִיּוֹת כ 21
תִּקְרָא בְּפִתְחֵי שְׁעָרִים בָּעִיר אֲמָרֶיהָ תֹאמֵר׃ עַד־מָתַי ׀ פְּתָיִם 22
תְּאֵהֲבוּ פֶתִי וְלֵצִים לָצוֹן חָמְדוּ לָהֶם וּכְסִילִים יִשְׂנְאוּ־דָעַת׃
תָּשׁוּבוּ לְתוֹכַחְתִּי הִנֵּה אַבִּיעָה לָכֶם רוּחִי אוֹדִיעָה דְבָרַי 23
אֶתְכֶם׃ יַעַן קָרָאתִי וַתְּמָאֵנוּ נָטִיתִי יָדִי וְאֵין מַקְשִׁיב׃ וַתִּפְרְעוּ 24 כה
כָל־עֲצָתִי וְתוֹכַחְתִּי לֹא אֲבִיתֶם׃ גַּם־אֲנִי בְּאֵידְכֶם 26
אֶשְׂחָק אֶלְעַג בְּבֹא פַחְדְּכֶם׃ בְּבֹא כְשֹׁאוָה ׀ פַּחְדְּכֶם וְאֵידְכֶם 27

v. 1. מ׳ רבתי. v. 4. א׳ נחה. v. 27. כשואה קרי.

28 כְּסוּפָה יֶאֱתֶה בְּבֹא עֲלֵיכֶם צָרָה וְצוּקָה׃ אָז יִקְרָאֻנְנִי
29 וְלֹא אֶעֱנֶה יְשַׁחֲרֻנְנִי וְלֹא יִמְצָאֻנְנִי׃ תַּחַת כִּי־שָׂנְאוּ דָעַת
ל וְיִרְאַת יְהוָה לֹא בָחָרוּ׃ לֹא־אָבוּ לַעֲצָתִי נָאֲצוּ כָּל־תּוֹכַחְתִּי׃
31 32 וְיֹאכְלוּ מִפְּרִי דַרְכָּם וּמִמֹּעֲצֹתֵיהֶם יִשְׂבָּעוּ׃ כִּי מְשׁוּבַת
33 פְּתָיִם תַּהַרְגֵם וְשַׁלְוַת כְּסִילִים תְּאַבְּדֵם׃ וְשֹׁמֵעַ לִי יִשְׁכָּן־
בֶּטַח וְשַׁאֲנַן מִפַּחַד רָעָה׃

## ב 2

א 2 בְּנִי אִם־תִּקַּח אֲמָרָי וּמִצְוֺתַי תִּצְפֹּן אִתָּךְ׃ לְהַקְשִׁיב
3 לַחָכְמָה אָזְנֶךָ תַּטֶּה לִבְּךָ לַתְּבוּנָה׃ כִּי אִם לַבִּינָה תִקְרָא
4 לַתְּבוּנָה תִּתֵּן קוֹלֶךָ׃ אִם־תְּבַקְשֶׁנָּה כַכָּסֶף וְכַמַּטְמוֹנִים תַּחְפְּשֶׂנָּה׃
ה 6 אָז תָּבִין יִרְאַת יְהוָה וְדַעַת אֱלֹהִים תִּמְצָא׃ כִּי־יְהוָה יִתֵּן
7 חָכְמָה מִפִּיו דַּעַת וּתְבוּנָה׃ וְצָפַן לַיְשָׁרִים תּוּשִׁיָּה מָגֵן
8 לְהֹלְכֵי תֹם׃ לִנְצֹר אָרְחוֹת מִשְׁפָּט וְדֶרֶךְ חֲסִידָו יִשְׁמֹר׃
9 י אָז תָּבִין צֶדֶק וּמִשְׁפָּט וּמֵישָׁרִים כָּל־מַעְגַּל־טוֹב׃ כִּי־תָבוֹא
11 חָכְמָה בְלִבֶּךָ וְדַעַת לְנַפְשְׁךָ יִנְעָם׃ מְזִמָּה תִּשְׁמֹר עָלֶיךָ
12 תְּבוּנָה תִנְצְרֶכָּה׃ לְהַצִּילְךָ מִדֶּרֶךְ רָע מֵאִישׁ מְדַבֵּר תַּהְפֻּכוֹת׃
13 14 הַעֹזְבִים אָרְחוֹת יֹשֶׁר לָלֶכֶת בְּדַרְכֵי־חֹשֶׁךְ׃ הַשְּׂמֵחִים לַעֲשׂוֹת
טו רָע יָגִילוּ בְּתַהְפֻּכוֹת רָע׃ אֲשֶׁר אָרְחֹתֵיהֶם עִקְּשִׁים וּנְלוֹזִים
16 בְּמַעְגְּלוֹתָם׃ לְהַצִּילְךָ מֵאִשָּׁה זָרָה מִנָּכְרִיָּה אֲמָרֶיהָ
17 הֶחֱלִיקָה׃ הַעֹזֶבֶת אַלּוּף נְעוּרֶיהָ וְאֶת־בְּרִית אֱלֹהֶיהָ
18 שָׁכֵחָה׃ כִּי שָׁחָה אֶל־מָוֶת בֵּיתָהּ וְאֶל־רְפָאִים מַעְגְּלֹתֶיהָ׃
19 כ כָּל־בָּאֶיהָ לֹא יְשׁוּבוּן וְלֹא־יַשִּׂיגוּ אָרְחוֹת חַיִּים׃ לְמַעַן
21 תֵּלֵךְ בְּדֶרֶךְ טוֹבִים וְאָרְחוֹת צַדִּיקִים תִּשְׁמֹר׃ כִּי־
22 יְשָׁרִים יִשְׁכְּנוּ־אָרֶץ וּתְמִימִים יִוָּתְרוּ בָהּ׃ וּרְשָׁעִים מֵאֶרֶץ
יִכָּרֵתוּ וּבוֹגְדִים יִסְּחוּ מִמֶּנָּה׃

## ג 3

א 2 בְּנִי תּוֹרָתִי אַל־תִּשְׁכָּח וּמִצְוֺתַי יִצֹּר לִבֶּךָ׃ כִּי אֹרֶךְ
3 יָמִים וּשְׁנוֹת חַיִּים וְשָׁלוֹם יוֹסִיפוּ לָךְ׃ חֶסֶד וֶאֱמֶת אַל־
4 יַעַזְבֻךָ קָשְׁרֵם עַל־גַּרְגְּרוֹתֶךָ כָּתְבֵם עַל־לוּחַ לִבֶּךָ׃ וּמְצָא־
ה חֵן וְשֵׂכֶל טוֹב בְּעֵינֵי אֱלֹהִים וְאָדָם׃ בְּטַח אֶל־יְהוָה בְּכָל־

v. 7. יִצְפֹּן קרי. v. 8. חֲסִידָיו קרי.

לְבֶךָ וְאֶל־בִּינָתְךָ אַל־תִּשָּׁעֵן׃ בְּכָל־דְּרָכֶיךָ דָעֵהוּ וְהוּא יְיַשֵּׁר 6
אֹרְחֹתֶיךָ׃ אַל־תְּהִי חָכָם בְּעֵינֶיךָ יְרָא אֶת־יְהֹוָה וְסוּר 7
מֵרָע׃ רִפְאוּת תְּהִי לְשָׁרֶּךָ וְשִׁקּוּי לְעַצְמוֹתֶיךָ׃ כַּבֵּד אֶת־ 8 9
יְהֹוָה מֵהוֹנֶךָ וּמֵרֵאשִׁית כָּל־תְּבוּאָתֶךָ׃ וְיִמָּלְאוּ אֲסָמֶיךָ י
שָׂבָע וְתִירוֹשׁ יְקָבֶיךָ יִפְרֹצוּ׃
מוּסַר יְהֹוָה בְּנִי אַל־תִּמְאָס וְאַל־תָּקֹץ בְּתוֹכַחְתּוֹ׃ כִּי 11 12
אֶת אֲשֶׁר יֶאֱהַב יְהֹוָה יוֹכִיחַ וּכְאָב אֶת־בֵּן יִרְצֶה׃ אַשְׁרֵי אָדָם 13
מָצָא חָכְמָה וְאָדָם יָפִיק תְּבוּנָה׃ כִּי טוֹב סַחְרָהּ מִסְּחַר־ 14
כָּסֶף וּמֵחָרוּץ תְּבוּאָתָהּ׃ יְקָרָה הִיא מִפְּנִיִּים וְכָל־חֲפָצֶיךָ טו
לֹא יִשְׁווּ־בָהּ׃ אֹרֶךְ יָמִים בִּימִינָהּ בִּשְׂמֹאולָהּ עֹשֶׁר וְכָבוֹד׃ 16
דְּרָכֶיהָ דַרְכֵי־נֹעַם וְכָל־נְתִיבוֹתֶיהָ שָׁלוֹם׃ עֵץ־חַיִּים הִיא 17 18
לַמַּחֲזִיקִים בָּהּ וְתֹמְכֶיהָ מְאֻשָּׁר׃
יְהֹוָה בְּחָכְמָה יָסַד־אָרֶץ כּוֹנֵן שָׁמַיִם בִּתְבוּנָה׃ בְּדַעְתּוֹ 19 כ
תְּהוֹמוֹת נִבְקָעוּ וּשְׁחָקִים יִרְעֲפוּ־טָל׃ בְּנִי אַל־יָלֻזוּ 21
מֵעֵינֶיךָ נְצֹר תֻּשִׁיָּה וּמְזִמָּה׃ וְיִהְיוּ חַיִּים לְנַפְשֶׁךָ וְחֵן 22
לְגַרְגְּרֹתֶיךָ׃ אָז תֵּלֵךְ לָבֶטַח דַּרְכֶּךָ וְרַגְלְךָ לֹא תִגּוֹף׃ אִם־ 23 24
תִּשְׁכַּב לֹא תִפְחָד וְשָׁכַבְתָּ וְעָרְבָה שְׁנָתֶךָ׃ אַל־תִּירָא כה
מִפַּחַד פִּתְאֹם וּמִשֹּׁאַת רְשָׁעִים כִּי תָבֹא׃ כִּי־יְהֹוָה יִהְיֶה 26
בְכִסְלֶךָ וְשָׁמַר רַגְלְךָ מִלָּכֶד׃
אַל־תִּמְנַע טוֹב מִבְּעָלָיו בִּהְיוֹת לְאֵל יָדְיךָ לַעֲשׂוֹת׃ אַל־ 27 28
תֹּאמַר לְרֵעֲיךָ ׀ לֵךְ וָשׁוּב וּמָחָר אֶתֵּן וְיֵשׁ אִתָּךְ׃ אַל־תַּחֲרֹשׁ 29
עַל־רֵעֲךָ רָעָה וְהוּא־יוֹשֵׁב לָבֶטַח אִתָּךְ׃ אַל־תָּרוֹב עִם־אָדָם ל
חִנָּם אִם־לֹא גְמָלְךָ רָעָה׃ אַל־תְּקַנֵּא בְּאִישׁ חָמָס וְאַל־ 31
תִּבְחַר בְּכָל־דְּרָכָיו׃ כִּי תוֹעֲבַת יְהֹוָה נָלוֹז וְאֶת־יְשָׁרִים 32
סוֹדוֹ׃ מְאֵרַת יְהֹוָה בְּבֵית רָשָׁע וּנְוֵה צַדִּיקִים יְבָרֵךְ׃ 33 34
אִם־לַלֵּצִים הוּא־יָלִיץ וְלַעֲנָיִים יִתֶּן־חֵן׃ כָּבוֹד חֲכָמִים לה
יִנְחָלוּ וּכְסִילִים מֵרִים קָלוֹן׃

## ד 4

שִׁמְעוּ בָנִים מוּסַר אָב וְהַקְשִׁיבוּ לָדַעַת בִּינָה׃ כִּי לֶקַח א 2
טוֹב נָתַתִּי לָכֶם תּוֹרָתִי אַל־תַּעֲזֹבוּ׃ כִּי־בֵן הָיִיתִי לְאָבִי רַךְ 3

v. 8. ר׳ בדגש. v. 12. סגול בלי מקף. v. 15. מפנינים קרי.
v. 27. יתיר ר׳. v. 28. יתיר ר׳. v. 30. תריב קרי. v. 34. ולענוים קרי.

4 וְיָחִיד לִפְנֵי אִמִּי׃ וַיֹּרֵנִי וַיֹּאמֶר לִי יִתְמָךְ־דְּבָרַי לִבֶּךָ שְׁמֹר
ה מִצְוֺתַי וֶחְיֵה׃ קְנֵה חָכְמָה קְנֵה בִינָה אַל־תִּשְׁכַּח וְאַל־
6 תֵּט מֵאִמְרֵי־פִי׃ אַל־תַּעַזְבֶהָ וְתִשְׁמְרֶךָּ אֱהָבֶהָ וְתִצְּרֶךָּ׃
7 רֵאשִׁית חָכְמָה קְנֵה חָכְמָה וּבְכָל־קִנְיָנְךָ קְנֵה בִינָה׃
8 9 סַלְסְלֶהָ וּתְרוֹמְמֶךָּ תְּכַבֵּדְךָ כִּי תְחַבְּקֶנָּה׃ תִּתֵּן לְרֹאשְׁךָ לִוְיַת־
חֵן עֲטֶרֶת תִּפְאֶרֶת תְּמַגְּנֶךָּ׃
י 11 שְׁמַע בְּנִי וְקַח אֲמָרָי וְיִרְבּוּ לְךָ שְׁנוֹת חַיִּים׃ בְּדֶרֶךְ חָכְמָה
12 הֹרֵיתִיךָ הִדְרַכְתִּיךָ בְּמַעְגְּלֵי־יֹשֶׁר׃ בְּלֶכְתְּךָ לֹא־יֵצַר צַעֲדֶךָ
13 וְאִם־תָּרוּץ לֹא תִכָּשֵׁל׃ הַחֲזֵק בַּמּוּסָר אַל־תֶּרֶף נִצְּרֶהָ
14 כִּי הִיא חַיֶּיךָ׃ בְּאֹרַח רְשָׁעִים אַל־תָּבֹא וְאַל־תְּאַשֵּׁר בְּדֶרֶךְ
טו רָעִים׃ פְּרָעֵהוּ אַל־תַּעֲבָר־בּוֹ שְׂטֵה מֵעָלָיו וַעֲבֹר׃
16 כִּי לֹא יִשְׁנוּ אִם־לֹא יָרֵעוּ וְנִגְזְלָה שְׁנָתָם אִם־לֹא יַכְשׁוֹלוּ׃
17 18 כִּי לָחֲמוּ לֶחֶם רֶשַׁע וְיֵין חֲמָסִים יִשְׁתּוּ׃ וְאֹרַח צַדִּיקִים
19 כְּאוֹר נֹגַהּ הוֹלֵךְ וָאוֹר עַד־נְכוֹן הַיּוֹם׃ דֶּרֶךְ רְשָׁעִים
כָּאֲפֵלָה לֹא יָדְעוּ בַּמֶּה יִכָּשֵׁלוּ׃
כ 21 בְּנִי לִדְבָרַי הַקְשִׁיבָה לַאֲמָרַי הַט אָזְנֶךָ׃ אַל־יַלִּיזוּ
22 מֵעֵינֶיךָ שָׁמְרֵם בְּתוֹךְ לְבָבֶךָ׃ כִּי־חַיִּים הֵם לְמֹצְאֵיהֶם
23 וּלְכָל־בְּשָׂרוֹ מַרְפֵּא׃ מִכָּל־מִשְׁמָר נְצֹר לִבֶּךָ כִּי־מִמֶּנּוּ
24 תּוֹצְאוֹת חַיִּים׃ הָסֵר מִמְּךָ עִקְּשׁוּת פֶּה וּלְזוּת שְׂפָתַיִם
כה הַרְחֵק מִמֶּךָּ׃ עֵינֶיךָ לְנֹכַח יַבִּיטוּ וְעַפְעַפֶּיךָ יַיְשִׁרוּ נֶגְדֶּךָ׃
26 27 פַּלֵּס מַעְגַּל רַגְלֶךָ וְכָל־דְּרָכֶיךָ יִכֹּנוּ׃ אַל־תֵּט־יָמִין
וּשְׂמֹאול הָסֵר רַגְלְךָ מֵרָע׃

## ה 5

א 2 בְּנִי לְחָכְמָתִי הַקְשִׁיבָה לִתְבוּנָתִי הַט אָזְנֶךָ׃ לִשְׁמֹר
3 מְזִמּוֹת וְדַעַת שְׂפָתֶיךָ יִנְצֹרוּ׃ כִּי נֹפֶת תִּטֹּפְנָה שִׂפְתֵי זָרָה
4 וְחָלָק מִשֶּׁמֶן חִכָּהּ׃ וְאַחֲרִיתָהּ מָרָה כַלַּעֲנָה חַדָּה כְּחֶרֶב
ה 6 פִּיּוֹת׃ רַגְלֶיהָ יֹרְדוֹת מָוֶת שְׁאוֹל צְעָדֶיהָ יִתְמֹכוּ׃ אֹרַח חַיִּים
פֶּן־תְּפַלֵּס נָעוּ מַעְגְּלֹתֶיהָ לֹא תֵדָע׃
7 8 וְעַתָּה בָנִים שִׁמְעוּ־לִי וְאַל־תָּסוּרוּ מֵאִמְרֵי־פִי׃ הַרְחֵק
9 מֵעָלֶיהָ דַרְכֶּךָ וְאַל־תִּקְרַב אֶל־פֶּתַח בֵּיתָהּ׃ פֶּן־תִּתֵּן לַאֲחֵרִים
י הוֹדֶךָ וּשְׁנֹתֶיךָ לְאַכְזָרִי׃ פֶּן־יִשְׂבְּעוּ זָרִים כֹּחֶךָ וַעֲצָבֶיךָ

v. 4. סגול בס״פ. v. 16. יכשׁילו קרי.

11 בְּבֵית נָכְרִי׃ וְנָהַמְתָּ בְאַחֲרִיתֶךָ בִּכְלוֹת בְּשָׂרְךָ וּשְׁאֵרֶךָ׃
12 13 וְאָמַרְתָּ אֵיךְ שָׂנֵאתִי מוּסָר וְתוֹכַחַת נָאַץ לִבִּי׃ וְלֹא־
14 שָׁמַעְתִּי בְּקוֹל מוֹרָי וְלִמְלַמְּדַי לֹא־הִטִּיתִי אָזְנִי׃ כִּמְעַט הָיִיתִי
טו בְכָל־רָע בְּתוֹךְ קָהָל וְעֵדָה׃ שְׁתֵה־מַיִם מִבּוֹרֶךָ וְנֹזְלִים מִתּוֹךְ
16 17 בְּאֵרֶךָ׃ יָפוּצוּ מַעְיְנֹתֶיךָ חוּצָה בָּרְחֹבוֹת פַּלְגֵי־מָיִם׃ יִהְיוּ־
לְךָ לְבַדֶּךָ וְאֵין לְזָרִים אִתָּךְ׃
18 19 יְהִי־מְקוֹרְךָ בָרוּךְ וּשְׂמַח מֵאֵשֶׁת נְעוּרֶךָ׃ אַיֶּלֶת אֲהָבִים
וְיַעֲלַת־חֵן דַּדֶּיהָ יְרַוֻּךָ בְכָל־עֵת בְּאַהֲבָתָהּ תִּשְׁגֶּה תָמִיד׃
כ 21 וְלָמָּה תִשְׁגֶּה בְנִי בְזָרָה וּתְחַבֵּק נָכְרִיָּה׃ כִּי נֹכַח ׀ עֵינֵי
22 יְהוָה דַּרְכֵי־אִישׁ וְכָל־מַעְגְּלֹתָיו מְפַלֵּס׃ עֲווֹנֹתָיו יִלְכְּדֻנוֹ
23 אֶת־הָרָשָׁע וּבְחַבְלֵי חַטָּאתוֹ יִתָּמֵךְ׃ הוּא יָמוּת בְּאֵין
מוּסָר וּבְרֹב אִוַּלְתּוֹ יִשְׁגֶּה׃

## 6 ו

א 2 בְּנִי אִם־עָרַבְתָּ לְרֵעֶךָ תָּקַעְתָּ לַזָּר כַּפֶּיךָ׃ נוֹקַשְׁתָּ
3 בְאִמְרֵי־פִיךָ נִלְכַּדְתָּ בְּאִמְרֵי־פִיךָ׃ עֲשֵׂה זֹאת אֵפוֹא ׀
בְּנִי וְהִנָּצֵל כִּי בָאתָ בְכַף־רֵעֶךָ לֵךְ הִתְרַפֵּס וּרְהַב
4 ה רֵעֶיךָ׃ אַל־תִּתֵּן שֵׁנָה לְעֵינֶיךָ וּתְנוּמָה לְעַפְעַפֶּיךָ׃ הִנָּצֵל
כִּצְבִי מִיָּד וּכְצִפּוֹר מִיַּד יָקוּשׁ׃
6 7 לֵךְ־אֶל־נְמָלָה עָצֵל רְאֵה דְרָכֶיהָ וַחֲכָם׃ אֲשֶׁר אֵין־לָהּ
8 קָצִין שֹׁטֵר וּמֹשֵׁל׃ תָּכִין בַּקַּיִץ לַחְמָהּ אָגְרָה בַקָּצִיר מַאֲכָלָהּ׃
9 י עַד־מָתַי עָצֵל ׀ תִּשְׁכָּב מָתַי תָּקוּם מִשְּׁנָתֶךָ׃ מְעַט שֵׁנוֹת
11 מְעַט תְּנוּמוֹת מְעַט ׀ חִבֻּק יָדַיִם לִשְׁכָּב׃ וּבָא־כִמְהַלֵּךְ
רֵאשֶׁךָ וּמַחְסֹרְךָ כְּאִישׁ מָגֵן׃
12 13 אָדָם בְּלִיַּעַל אִישׁ אָוֶן הוֹלֵךְ עִקְּשׁוּת פֶּה׃ קֹרֵץ
14 בְּעֵינָו מֹלֵל בְּרַגְלָו מֹרֶה בְּאֶצְבְּעֹתָיו׃ תַּהְפֻּכוֹת ׀ בְּלִבּוֹ
טו חֹרֵשׁ רָע בְּכָל־עֵת מְדָנִים יְשַׁלֵּחַ׃ עַל־כֵּן פִּתְאֹם יָבוֹא
אֵידוֹ פֶּתַע יִשָּׁבֵר וְאֵין מַרְפֵּא׃
16 17 שֶׁשׁ־הֵנָּה שָׂנֵא יְהוָה וְשֶׁבַע תּוֹעֲבוֹת נַפְשׁוֹ׃ עֵינַיִם
18 רָמוֹת לְשׁוֹן שָׁקֶר וְיָדַיִם שֹׁפְכוֹת דָּם־נָקִי׃ לֵב חֹרֵשׁ מַחְשְׁבוֹת

---

v. 13. בְּעֵינָיו קרי. ibid. בְּרַגְלָיו קרי. v. 14. מִדְיָנִים קרי.
v. 16. יתיר ו׳.

19 אָוֶן רַגְלַיִם מְמַהֲרוֹת לָרוּץ לָרָעָה׃ יָפִיחַ כְּזָבִים עֵד שָׁקֶר
וּמְשַׁלֵּחַ מְדָנִים בֵּין אַחִים׃ פ
כ 21 נְצֹר בְּנִי מִצְוַת אָבִיךָ וְאַל־תִּטֹּשׁ תּוֹרַת אִמֶּךָ׃ קָשְׁרֵם
22 עַל־לִבְּךָ תָמִיד עָנְדֵם עַל־גַּרְגְּרֹתֶךָ׃ בְּהִתְהַלֶּכְךָ ׀ תַּנְחֶה אֹתָךְ
23 בְּשָׁכְבְּךָ תִּשְׁמֹר עָלֶיךָ וַהֲקִיצוֹתָ הִיא תְשִׂיחֶךָ׃ כִּי נֵר מִצְוָה
24 וְתוֹרָה אוֹר וְדֶרֶךְ חַיִּים תּוֹכְחוֹת מוּסָר׃ לִשְׁמָרְךָ מֵאֵשֶׁת רָע
כה מֵחֶלְקַת לָשׁוֹן נָכְרִיָּה׃ אַל־תַּחְמֹד יָפְיָהּ בִּלְבָבֶךָ וְאַל־תִּקָּחֲךָ
26 בְּעַפְעַפֶּיהָ׃ כִּי בְעַד־אִשָּׁה זוֹנָה עַד־כִּכַּר לָחֶם וְאֵשֶׁת אִישׁ נֶפֶשׁ
27 יְקָרָה תָצוּד׃ הֲיַחְתֶּה אִישׁ אֵשׁ בְּחֵיקוֹ וּבְגָדָיו לֹא תִשָּׂרַפְנָה׃
28 29 אִם־יְהַלֵּךְ אִישׁ עַל־הַגֶּחָלִים וְרַגְלָיו לֹא תִכָּוֶינָה׃ כֵּן הַבָּא
ל אֶל־אֵשֶׁת רֵעֵהוּ לֹא יִנָּקֶה כָּל־הַנֹּגֵעַ בָּהּ׃ לֹא־יָבוּזוּ לַגַּנָּב כִּי
31 יִגְנוֹב לְמַלֵּא נַפְשׁוֹ כִּי יִרְעָב׃ וְנִמְצָא יְשַׁלֵּם שִׁבְעָתָיִם אֶת־
32 כָּל־הוֹן בֵּיתוֹ יִתֵּן׃ נֹאֵף אִשָּׁה חֲסַר־לֵב מַשְׁחִית נַפְשׁוֹ הוּא
33 34 יַעֲשֶׂנָּה׃ נֶגַע וְקָלוֹן יִמְצָא וְחֶרְפָּתוֹ לֹא תִמָּחֶה׃ כִּי־קִנְאָה
לה חֲמַת־גָּבֶר וְלֹא־יַחְמוֹל בְּיוֹם נָקָם׃ לֹא־יִשָּׂא פְּנֵי כָל־כֹּפֶר
וְלֹא־יֹאבֶה כִּי תַרְבֶּה־שֹׁחַד׃

## ז 7

א 2 בְּנִי שְׁמֹר אֲמָרָי וּמִצְוֹתַי תִּצְפֹּן אִתָּךְ׃ שְׁמֹר מִצְוֹתַי וֶחְיֵה
3 וְתוֹרָתִי כְּאִישׁוֹן עֵינֶיךָ׃ קָשְׁרֵם עַל־אֶצְבְּעֹתֶיךָ כָּתְבֵם עַל־לוּחַ
4 ה לִבֶּךָ׃ אֱמֹר לַחָכְמָה אֲחֹתִי אָתְּ וּמֹדָע לַבִּינָה תִקְרָא׃ לִשְׁמָרְךָ
6 מֵאִשָּׁה זָרָה מִנָּכְרִיָּה אֲמָרֶיהָ הֶחֱלִיקָה׃ כִּי בְּחַלּוֹן בֵּיתִי בְּעַד
7 אֶשְׁנַבִּי נִשְׁקָפְתִּי׃ וָאֵרֶא בַפְּתָאיִם אָבִינָה בַבָּנִים נַעַר חֲסַר־
8 9 לֵב׃ עֹבֵר בַּשּׁוּק אֵצֶל פִּנָּהּ וְדֶרֶךְ בֵּיתָהּ יִצְעָד׃ בְּנֶשֶׁף בְּעֶרֶב
י יוֹם בְּאִישׁוֹן לַיְלָה וַאֲפֵלָה׃ וְהִנֵּה אִשָּׁה לִקְרָאתוֹ שִׁית
11 זוֹנָה וּנְצֻרַת לֵב׃ הֹמִיָּה הִיא וְסֹרָרֶת בְּבֵיתָהּ לֹא־יִשְׁכְּנוּ
12 רַגְלֶיהָ׃ פַּעַם ׀ בַּחוּץ פַּעַם בָּרְחֹבוֹת וְאֵצֶל כָּל־פִּנָּה תֶאֱרֹב׃
13 14 וְהֶחֱזִיקָה בּוֹ וְנָשְׁקָה לּוֹ הֵעֵזָה פָנֶיהָ וַתֹּאמַר לוֹ׃ זִבְחֵי
טו שְׁלָמִים עָלָי הַיּוֹם שִׁלַּמְתִּי נְדָרָי׃ עַל־כֵּן יָצָאתִי לִקְרָאתֶךָ
16 לְשַׁחֵר פָּנֶיךָ וָאֶמְצָאֶךָּ׃ מַרְבַדִּים רָבַדְתִּי עַרְשִׂי חֲטֻבוֹת
17 18 אֵטוּן מִצְרָיִם׃ נַפְתִּי מִשְׁכָּבִי מֹר אֲהָלִים וְקִנָּמוֹן׃ לְכָה
19 נִרְוֶה דֹדִים עַד־הַבֹּקֶר נִתְעַלְּסָה בָּאֳהָבִים׃ כִּי אֵין הָאִישׁ

v. 27. פתח בס״פ. v. 2. סגול באתנחתא. v. 7. א׳ נחה.

בְּבֵיתוֹ הָלַךְ בְּדֶרֶךְ מֵרָחוֹק: צְרוֹר־הַכֶּסֶף לָקַח בְּיָדוֹ לְיוֹם כ
הַכֶּסֶא יָבֹא בֵיתוֹ: הִטַּתּוּ בְּרֹב לִקְחָהּ בְּחֵלֶק שְׂפָתֶיהָ 21
תַּדִּיחֶנּוּ: הוֹלֵךְ אַחֲרֶיהָ פִּתְאֹם כְּשׁוֹר אֶל־טָבַח יָבֹא וּכְעֶכֶס 22
אֶל־מוּסַר אֱוִיל: עַד יְפַלַּח חֵץ כְּבֵדוֹ כְּמַהֵר צִפּוֹר אֶל־פָּח 23
וְלֹא־יָדַע כִּי־בְנַפְשׁוֹ הוּא: וְעַתָּה בָנִים שִׁמְעוּ־לִי וְהַקְשִׁיבוּ 24
לְאִמְרֵי־פִי: אַל־יֵשְׂטְ אֶל־דְּרָכֶיהָ לִבֶּךָ וְאַל־תֵּתַע בִּנְתִיבוֹתֶיהָ: כה
כִּי־רַבִּים חֲלָלִים הִפִּילָה וַעֲצֻמִים כָּל־הֲרֻגֶיהָ: דַּרְכֵי שְׁאוֹל 26 27
בֵּיתָהּ יֹרְדוֹת אֶל־חַדְרֵי־מָוֶת:

## ח 8

הֲלֹא־חָכְמָה תִקְרָא וּתְבוּנָה תִּתֵּן קוֹלָהּ: בְּרֹאשׁ־מְרֹמִים א 2
עֲלֵי־דָרֶךְ בֵּית נְתִיבוֹת נִצָּבָה: לְיַד־שְׁעָרִים לְפִי־קָרֶת מְבוֹא 3
פְתָחִים תָּרֹנָּה: אֲלֵיכֶם אִישִׁים אֶקְרָא וְקוֹלִי אֶל־בְּנֵי אָדָם: 4
הָבִינוּ פְתָאיִם עָרְמָה וּכְסִילִים הָבִינוּ לֵב: ה
שִׁמְעוּ כִּי־נְגִידִים אֲדַבֵּר וּמִפְתַּח שְׂפָתַי מֵישָׁרִים: כִּי־ 6 7
אֱמֶת יֶהְגֶּה חִכִּי וְתוֹעֲבַת שְׂפָתַי רֶשַׁע: בְּצֶדֶק כָּל־אִמְרֵי־פִי אֵין 8
בָּהֶם נִפְתָּל וְעִקֵּשׁ: כֻּלָּם נְכֹחִים לַמֵּבִין וִישָׁרִים לְמֹצְאֵי דָעַת: 9
קְחוּ מוּסָרִי וְאַל־כָּסֶף וְדַעַת מֵחָרוּץ נִבְחָר: כִּי־טוֹבָה חָכְמָה י 11
מִפְּנִינִים וְכָל־חֲפָצִים לֹא יִשְׁווּ־בָהּ: אֲנִי חָכְמָה שָׁכַנְתִּי 12
עָרְמָה וְדַעַת מְזִמּוֹת אֶמְצָא: יִרְאַת יְהוָה שְׂנֹאת רָע גֵּאָה 13
וְגָאוֹן ׀ וְדֶרֶךְ רָע וּפִי תַהְפֻּכוֹת שָׂנֵאתִי: לִי־עֵצָה וְתוּשִׁיָּה 14
אֲנִי בִינָה לִי גְבוּרָה: בִּי מְלָכִים יִמְלֹכוּ וְרֹזְנִים יְחֹקְקוּ טו
צֶדֶק: בִּי שָׂרִים יָשֹׂרוּ וּנְדִיבִים כָּל־שֹׁפְטֵי אָרֶץ: אֲנִי 16 17
אֹהֲבַיה אֵהָב וּמְשַׁחֲרַי יִמְצָאֻנְנִי: עֹשֶׁר־וְכָבוֹד אִתִּי הוֹן 18
עָתֵק וּצְדָקָה: טוֹב פִּרְיִי מֵחָרוּץ וּמִפָּז וּתְבוּאָתִי מִכֶּסֶף 19
נִבְחָר: בְּאֹרַח־צְדָקָה אֲהַלֵּךְ בְּתוֹךְ נְתִיבוֹת מִשְׁפָּט: לְהַנְחִיל כ 21
אֹהֲבַי ׀ יֵשׁ וְאֹצְרֹתֵיהֶם אֲמַלֵּא:
יְהוָה קָנָנִי רֵאשִׁית דַּרְכּוֹ קֶדֶם מִפְעָלָיו מֵאָז: מֵעוֹלָם 22 23
נִסַּכְתִּי מֵרֹאשׁ מִקַּדְמֵי־אָרֶץ: בְּאֵין־תְּהֹמוֹת חוֹלָלְתִּי בְּאֵין 24
מַעְיָנוֹת נִכְבַּדֵּי־מָיִם: בְּטֶרֶם הָרִים הָטְבָּעוּ לִפְנֵי גְבָעוֹת כה
חוֹלָלְתִּי: עַד־לֹא עָשָׂה אֶרֶץ וְחוּצוֹת וְרֹאשׁ עַפְרוֹת תֵּבֵל: 26

v. 5. א׳ נחה. v. 17. אֹהֲבַי קרי.

27 28 בַּהֲכִינוֹ שָׁמַיִם שָׁם אָנִי בְּחֻקוֹ חוּג עַל־פְּנֵי תְהוֹם: בְּאַמְּצוֹ
29 שְׁחָקִים מִמָּעַל בַּעֲזוֹז עִינוֹת תְּהוֹם: בְּשׂוּמוֹ לַיָּם ׀ חֻקּוֹ וּמַיִם
ל לֹא יַעַבְרוּ־פִיו בְּחוּקוֹ מוֹסְדֵי אָרֶץ: וָאֶהְיֶה אֶצְלוֹ אָמוֹן וָאֶהְיֶה
31 שַׁעֲשׁוּעִים יוֹם ׀ יוֹם מְשַׂחֶקֶת לְפָנָיו בְּכָל־עֵת: מְשַׂחֶקֶת בְּתֵבֵל
אַרְצוֹ וְשַׁעֲשֻׁעַי אֶת־בְּנֵי אָדָם:
32 33 וְעַתָּה בָנִים שִׁמְעוּ־לִי וְאַשְׁרֵי דְּרָכַי יִשְׁמֹרוּ: שִׁמְעוּ
34 מוּסָר וַחֲכָמוּ וְאַל־תִּפְרָעוּ: אַשְׁרֵי אָדָם שֹׁמֵעַ לִי לִשְׁקֹד
לה עַל־דַּלְתֹתַי יוֹם ׀ יוֹם לִשְׁמֹר מְזוּזֹת פְּתָחָי: כִּי מֹצְאִי
36 מָצָאי חַיִּים וַיָּפֶק רָצוֹן מֵיְהוָה: וְחֹטְאִי חֹמֵס נַפְשׁוֹ
כָּל־מְשַׂנְאַי אָהֲבוּ מָוֶת:

## ט 9

א 2 חָכְמוֹת בָּנְתָה בֵיתָהּ חָצְבָה עַמּוּדֶיהָ שִׁבְעָה: טָבְחָה
